



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis

Dietrich <von Engelsheim>

Münster, [1893-1897]

Registrum presentis libri dissensionum episcopi et capituli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

Registrum presentis libri dissensionum
episcopi et capituli.

1. De Origine dissensionum domini Coloniensis et capituli, de adventu domini Wilhelmi, de suo regimine et actis.
2. De cometa, qui tempore Wilhelmi electi apparuit; eius vita et domini Ffrederici archiepiscopi Coloniensis morte et novi episcopi Coloniensis eleccione.
3. De regimine domini Theodorici, archiepiscopi Coloniensis, et per eundem perpetratis.
4. De contractu matrimonii dicti Wilhelmi cum comitis de Tekeneburg filia, eius morte et successoribus.
5. De confederacione archiepiscopi Coloniensis cum principibus circumvicinis.
6. De dieta domini Coloniensis facta ad Bohemiam cum aliis principibus.
7. De impetracione incorporacionis contra voluntatem eorum, quorum intererat.
8. De convocacione cleri, appellacione capituli et missione pro appellacionis prosecucionem.
9. De dieta in Wartberg domini Coloniensis et de ibi per dominum et capitulum actitatis.
10. De responsionibus per capitulum, vasallos et civitates Wartbergi actis et altercationibus ibidem commissis.
11. De quesitis dominis per capitulum pro adiutorio et defensione obtinenda.
12. De concordia episcopi Coloniensis et Montensis et minis domini Coloniensis tunc inferendis.

13. De fundacione Paderbornensis ecclesie, nominibus episcoporum, et avizamentum pro regimine et electione episcoporum.
14. Privilegium Karoli, ut capitulum per se episcopum eligere possit.
15. Privilegium Bernhardi, episcopi concessum capitulo, vasallis et subditis spiritualibus et temporalibus.
16. Approbatio domini Coloniensis super dicto privilegio Bernhardi concessa.
17. Approbacio ministerialium, castrensiu[m] et fidelium ecclesie dicti privilegii Bernhardi concessi.
18. Confederacio capituli, dominorum de Lippia, ceterorum vasallorum et civitatum ecclesie Paderbornensis.
19. Approbacio domini Coloniensis dicte litere confederacionis.
20. Tutela domini Coloniensis ad decem annos.
21. Epistola per dominum missa, quod velit prestare iuramentum consuetum, dum Westphaliam venerit.
22. Litera supplicatoria domini missa capitulo, ut dirigant ad dietam cum domino Wilhelmo indictam.
23. Bulla Johannis XXII. administrationis domino Coloniensi concessa.
24. Juramentum episcoporum per dominum Coloniensem capitulo prestitum.
25. Incorporacio et unio ecclesie Paderbornensis ad ecclesiam Coloniensem.
26. Avisamentum contra incorporacionem per T(idericum, scolasticum) conceptum.
27. Litera prima directa subditis ecclesie, monens, ne paterentur, compelli se ad consentiendum incorporacioni.
28. Epistola capituli, qua dominus exhortatus fuerat, ut ab incorporacione discederet.

29. Responsio domini Coloniensis ad literam Capituli exhortatoriam facta.

30. Appellatio capituli a domino Coloniensi et incorporationi interiecta.

31. De certorum vasallorum direccione per dominum ad capitulum pro responsione domini facienda ad literam capituli directam, ut ab incorporatione desisteret.

32. Conceptum de centum annis, quibus ecclesia Paderbornensis post vitam domini deberet circa Coloniensem remanere.

33. Litera certorum vasallorum mendosa pape scripta ad ordinationem sinistram domini Coloniensis.

34. Bulla pape Benedicti confirmationis bonorum ecclesie cum malediccione pape concessa.

35. Epistola Monasteriensi, Hildensemensi, Mindensi . . .¹⁾ episcopis missa per capitulum supplicatoria, ut dominum Coloniensem inducerent, ut ab incorporatione desisteret.

36. Litera Coloniensis responsoria, missa prelatis, vasallis et civitatibus ecclesie Paderbornensis.

37. Epistole scripte et rescripte episcopo Moguntino propter ipsius in unionem consensum adhibitum, et de dieta inter Coloniensem et capitulum pro concordia ordinata per eundem.

38. Litera capituli Moguntini scripta oratoribus domini Moguntini ad Basileam, ut capitulo Paderbornensi in sua causa incorporacionis assistenciam faciant.

39. Querela missa Sigismundo, Imperatori et presentibus electoribus contra dominum Coloniensem ad Basileam per capitulum Paderbornense.

40. Epistola missa fratribus domini Coloniensis supplicatoria, ut dominum informet et pro ipsis intercedant, ut ab incorporatione resiliret.

¹⁾ ein nicht zu entzifferndes Zeichen ausgefallen.

41. Litera directa capitulo Monasteriensi per capitulum Paderbornense, ut eorum dominum supplicet, ut ad fratrem suum archiepiscopum Coloniensem intercedat, ut dictam incorporacionem dimittat.
42. Epistola Illustris Wilhelmi, ducis Brunswicensis, minatoria capitulo Paderbornensi scripta.
43. Litera excusatoria domini Coloniensis missa prelati, militie et subditis ecclesie Paderbornensis.
44. Epistola Imperatori ad Basileam scripta per capitulum invocatoria.
45. Declaracio excommunicationis per episcopum Electensem in curia Romana contra Coloniensem fulminata.
46. Litera capituli Osnaburgensis, scripta pape intuitu ecclesie Paderbornensis.
47. Epistola missa capitulo Moguntino, ut appellationi capituli Paderbornensis contra dominum interiecte adhereant.
48. Litera capituli Moguntini pape scripta pro incorporationis revocatione.
49. Epistola capituli Paderbornensis pape directa pro incorporationis revocatione.
50. Litera missa domino Hermannno Dwergh, prothonotario pape recommendatoria pro ecclesia Paderbornensi.
51. Epistola cardinalibus missa, ut causam incorporationis in iustitie intuitu ecclesie Paderbornensis prospiciant.
52. Revocacio incorporationis per papam Eugenium facta.
53. Litera domini Coloniensis directa capitulo Moguntino excusatoria de incorporatione concepta.
54. Epistola responsoria capituli Moguntini ad domini Coloniensis literam excusatoriam.

55. Litera directa domino Conrado, archiepiscopo Moguntino eius auxilium et favorem petens.

56. Epistola capituli Paderbornensis missa capitulo Moguntino post servatam dietam in Lonstein.

57. Instrumentum, quo certi vasalli et civitas Paderbornensis sunt confessi, quod in incorporationem nunquam consenserunt et sua sigilla literis domini missis apposita negant.

58. Litera domini Coloniensis missa, conquerens de sua amocione et novi episcopi substitutione.

59. Epistola capituli excusatoria, quod pro alio domini, ut ipse asseruit, non insteterint. (?)

60. De scripto procuratoribus ad Basileam et rescripto per eosdem ac eorum consilio dato pro novi episcopi electione.

61. Litera veritate carens, missa consilio¹⁾ Basiliensi per dominum Coloniensem, ut pro se et sua incorporatione obtenta inducat et sibi alliciat consilium.

62. Epistola querele capituli missa prelati, milicie et civitatibus ecclesie Paderbornensis contra dominum Coloniensem et suam incorporationem.

63. Litera Imperatoris, qua mandat et exhortatur, ut omnes provincie Moguntine consiliis generalibus de iure interesse obligate ad consilium Basiliense accedant.

64. Vocatio domini Conradi, archiepiscopi Moguntini, qua vocat capitulum Paderbornense, ut ad consilium Basiliense suos oratores dirigant.

65. Epistola capituli Paderbornensis missa consilio Basiliensi ratione incorporacionis impetrate.

66. Litera responsoria per capitulum missa consilio Basiliensi adversus scripta domini Coloniensis.

67. Copie trium epistolarum, quas dominus petiit a civitate Paderbornensi sigillari.

¹⁾ für concilio.

68. Qualiter dicte litere domini venerunt ad civitatem Paderbornensem ad sigillandum.
69. Epistola civitatis Paderbornensis excusatoria, quare eis non licebat literas istas sigillare.
70. Litera domini missa civitati Paderbornensi postulans, ut sibi de iniuriis per adhesionem appellationis interiecte commissis satisfacerent.
71. Epistola civitatis Paderbornensis missa domino Coloniensi exhibitoria, qualiter, ubi ad hoc forent astricti, sibi vellent facere iusticie complementum.
72. Litera comminatoria domini Coloniensis directa civitati Paderbornensi ratione denegate iusticie.
73. Epistola capituli directa fratribus domini Coloniensis ex parte civitatis Paderbornensis.
74. Epistola episcopi Monasteriensis remissa capitulo Paderbornensi ex parte Paderbornensi. (?)
75. Litera Nobilis Ffrederici de Morsse directa decano ecclesie Paderbornensis.
76. Procuratorium domini Coloniensis missum ad consilium Basiliense.¹⁾
78. Exceptiones domini Coloniensis contra commisiones capituli Basilee oblate.
79. Meliorationes concepte, si ecclesia Paderbornensis ad centum annos maneret circa ecclesiam Coloniensem, quomodo et qualiter fieri deberent.
80. Bulla Eugenii, pape, missa Imperatori Sigismundo ad Basileam.
81. De hiis, qui cum Imperatore et Legato principes fuerant, et ibidem per Imperatorem cum infeodatione et militie traditione factis ac de Grecorum ibidem adventu et eorum ritu in celebrando servato.
82. Epistola missa per Imperatorem Remeorum principibus electoribus.

¹⁾ Der Auctor hat bei der Numerirung die Zahl 77 überschlagen.

83. Quinque decreta Basilee publicata, per electores recepta, pro ecclesia Paderbornensi congrua precipue.

84. De causarum in Romana curia pendencium ad consilium Basiliense advocacione.

85. Citacio emissa contra dominum Coloniensem per episcopum Ebroicensem cum sua execucione.

86. Copia commende ad vitam in forma, qua dirigitur archiepiscopo Moguntino.

87. Procuratorium domini Coloniensis ad insinuandum et publicandum literas commende ad vitam.

88. Copia literarum administrationis domino Coloniensi ad ecclesiam Paderbornensem concessarum.

89. De admissione domini ad administrationem et iuramento fidelitatis ei prestito.

90. Epistola missa per episcopum Moguntinum capitulo Paderbornensi pro reisa contra Bohemos facienda.

91. De hiis, quibus archiepiscopus Coloniensis ecclesie Paderbornensi obligatur.

92. Privilegium, quo episcopus Coloniensis impignoravit officium marscalcatus, suam partem Kogelenberg et Lude.

93. Copia cuiusdam specialis articuli de litera marscalcatus sumpta.

94. Litera concordie episcoporum Coloniensium et Paderbornensium, quod Coloniensis posset solus officiales in Kogelenberg, non obstante obligatione Paderbornensi episcopo facta, ponere.

95. Litera domini T(heoderici) Coloniensis, qua tenetur octingentos florenos capitulo Paderbornensi.

96. Litera domini T(heoderici) Coloniensis, qua tenetur duo milia florenorum Wed(ekindo), preposito, H(enrico), kamerario et C(onrado) Haddenberge.

97. Litera Ff(rederici), archiepiscopi Coloniensis, Stolte, Liber dissencionum.

qua cavetur, ne quis officinam accipiat castri Kogelenberg sine fidei datione episcopo Paderbornensi prestanda.

98. Litera recessus computati a domino T(heoderico), episcopo Coloniensi domino W(edekindo), preposito Paderbornensi et H(inrico) Stapel data.

99. Litera archiepiscopi Treverensis, qua officium marscalcatus ob meliorem tuicionem Paderbornensi commisit.

100. Litera archiepiscopi Moguntini, qua capitulum Paderbornense invitat ad dietam Nurenbergensem.

101. Bulla consilii Basiliensis, quod ad prebendas et dignitates ecclesie Paderbornensis tantum nobiles et milites recipiantur.

102. Epistola, qua archiepiscopus Moguntinus ad consilium provinciale capitulum vocat ad Ascaffenborg propter scisma.

103. Litera cardinalis Sancti Angeli, legati, missa capitulo pro pace cum domino Coloniensi per ducem Montensem facienda.

104. Litere plures scripte per ducem Montensem capitulo Paderbornensi pro dieta cum domino Coloniensi coram eo servanda.

105. De dieta coram duce Montensi per archiepiscopum Coloniensem et capitulum Paderbornense servata.

106. Litera conquestus, missa episcopis, milicie et civitatibus ecclesie Paderbornensis circumvicinis contra dominum Coloniensem.

107. Litera responsiva domini Coloniensis adversus querelam capituli Paderbornensis missa, satis miranda.

108. Litera capituli, qua exhortatur nobiles et civitates, ne cum domino contra ipsos incedant.

109. Litera capituli, qua dominum Coloniensem requirunt et monent suis promissionibus, ne eos invadat violenter,

110. Litera Coloniensis narrans, qualiter sibi contra nos corrigere¹⁾ velit, suis promissionibus salvis manentibus.

111. Epistola civitatis Paderbornensis missa Ff(ri-
derico) de Sarworden, continens, quod capitulum velit
domino Coloniensi ministrare iusticie complementum in
loco, ubi ad hoc faciendum forent astricti.

112. De tribus viis conceptis, quibus dominus cum
capitulo posset complanari.

113. Epistola Ff(rederici) de Sarworden decano
directa, ratione presentis compositionis inter se conducte.

114. Litera Johannis Spegel missa Coloniensi, qua
scribit per mendacia, capitulum solum se tueri.

115. De impetitionibus ac responsionibus mutuis
domini Coloniensis et capituli Paderbornensis et repe-
titione summarum hinc inde expositarum per partes
utrasque.

116. De prima dieta servata cum officiatis domini
in Geseke et ibi pertractatis.

117. Qualiter nomine totius ecclesie Paderbornensis
erant oratores pro gratia domini consequenda missi ad
dominum Coloniensem.

118. Recognicio certorum, qui in Gesike affuerunt,
que ibi determinata erant, facta, ut capitulum inte-
lexit. . . .²⁾

119. Scriptum scolastici Xantensis continens, cives
Paderbornenses gratiam episcopi cum candelis in lineis
quesivisse.

120. Litera civitatis Paderbornensis, qua se astrin-
gunt, episcopo assistere auxilio et favoribus debere et
quod nullum alium dominum debeant in ipsius preiu-
diciu[m] advocare.

¹⁾ = strafen, rächen, sich Genugthuung verschaffen.

²⁾ zwei Worte sind wegen Unleserlichkeit nicht zu entziffern.

121. Compositio facta inter dominum Bernhardum, episcopum, et civitatem Paderbornensem per Wernherum, prepositum, et Ffredericum de Brenken, militem, de certis punctis in compositione conceptis.

122. Instrumentum concordie facte inter dominum Ottonem, episcopum, et civitatem Paderbornensem.

123. Recognicio civitatis Paderbornensis, qua protestatur, compositionem cum episcopo Bernhardo factam sine dolo et fraude velle iugiter observare.

124. Qualiter, quando et sub quibus verbis civitates Paderbornenses iuramentum fidelitatis domino Coloniensi prestiterunt et quibus presentibus huldam fecerunt in loco claustrali et . . .¹⁾

125. Responsio domini Coloniensis ad hec, que sibi nomine universitatis erant in Bunne exposita.

126. Litera, continens totum effectum discretionis, responsoria ad domini responsionem ex Bunna destinata.

127. De secunda dieta in Geseke coram dominis, Monasteriensi, Traiectensi et comite de Morse servata; quomodo ad hoc devenerat, et de prejudicialibus ecclesie ibidem tractatis.

128. Quomodo deventum erat ad dietam in Bueren cum domino servata (sic!), et ibidem tractatis.

129. De missione domini ad civitates ecclesie Paderbornensis, et sua querela de literis sibi per easdem datis.

130. Litera civitatis Paderbornensis, qua sibi ut tutori ecclesie Paderbornensis ad X annos fidelitatem promiserunt.

131. Commissio officialatus, titulo administratoris dimisso, sub clausula etc. per dominum facta.

132. Qualiter cum secreto iudicio Paderbornenses compulsi erant, quod ad assistendum domino Coloniensi se obligarent.

¹⁾ Ein nicht zu entzifferndes Wort ist ausgefallen.

133. Q(ualiter) dominus Coloniensis civitatem Paderbornensem intravit, et de placito tunc Paderborne cum capitulo servato.

134. De hiis, que capitulum domino in iure facere voluerit, que vasalli et civitates ecclesie Paderbornensis domino intimarunt.

135. Litera, qua dominus noluit iustitiam in loco solito recipere, monitoria, ut civitas Paderbornensis ei assisteret.

136. Litera Coloniensis repetens, que pro iusticia exequenda prebuerat, requirens miliciam et civitates pro assistentia facienda.

137. Litera capituli responsoria ad domini Coloniensis requisita, requirens subditos loco iuramenti, ne domino assistant.

138. Epistola domini Coloniensis, mediante qua contra certos canonicos civitatem Paderbornensem postulat in auxilium.

139. Epistola archiepiscopi Moguntini, qua desiderat, qualiter subditi ecclesie Paderbornensis se circa capitulum Paderbornense exhibeant, sibi intimari.

140. De responsione subditorum ecclesie Paderbornensis ad literam domini Moguntini, quomodo Paderbornenses, non Colonienses vellent permanere.

141. Litera capituli Paderbornensis, directa capitulo Moguntino, responsionem ad domini Moguntini desideria continens.

142. Epistola domini Coloniensis, directa civitati Paderbornensi, responsoria ad singula puncta scriptorum capituli Paderbornensis habitorum.

143. Instrumentum, quo notarius requirebatur, ut domino Coloniensi literas, ut officialem poneret, insinuaret.

144. Litera patens, qua mediante dominus Coloniensis per capitulum requirebatur, ut officialem et in spiritualibus vicarium constitueret.

145. Epistola domini Coloniensis excusatoria, penes eum non stetisse, quo minus dicti officiales ponerentur.

146. Litera replicatoria capituli adversus literas domini Coloniensis excusatorias, ut prefertur.

147. Litera domini Coloniensis duplicatoria contra literas capituli missas ratione officiorum premissorum.

148. De consilio provinciali in Ascaffenburg celebrato, de ibi pro ecclesia Paderbornensi tractatis.

149. Qualiter domini de capitulo miserunt suos ad dominum ad castrum Nienhuss, ut ipsum super defectibus ecclesie informarent.

150. Litera domini Coloniensis, qua capitulum ad convocationem in Schonenloe invitavit, et de ibidem pro tunc tractatis.

151. De dieta, per amicos domini Coloniensis, capituli et subditorum ecclesie Paderbornensis in civitate Paderborna servata, et ibidem pertractatis.

152. Litera domini Coloniensis, qua civitatem Paderbornensem requirit, capitulum inducere, ut sibi faciat iusticie complementum.

153. Epistola capituli, directa civitati Paderbornensi, qua prebent domino, in loco opportuno reddere iusticie complementum.

154. Quomodo domini de capitulo incorporatione revocata voluerunt coram archiepiscopo et capitulo Moguntino domino iusticiam facere.

155. De dieta universitatis in Schonenlo servata, ibidem tractatis et oratoribus ad dominum tunc missis et responsionibus.

156. Epistola missa domino intimatoria, ut ipsum

capitulum non querat pro sue gracie impetracione dominum Coloniensem.

157. Litera patens capituli, cum qua monuit ecclesie Paderbornensis subditos, ne durante differentia cum domino sibi adhererent.

158. Litera capituli missa petitoria, ut inimicitiam deponeret atque cogitare vellet de remedio oportuno.

159. Epistola domini Coloniensis, qua revocat incorporationem et repetit antea gesta et omnem inimicitiam abicit.

160. Qualiter capitulum misit ad dominum in Arnsberg, qui ibidem compositionem amicabilem cum domino inierunt.

161. Privilegium et puncta, prout dominus et capitulum amicabiliter sunt compositi.

162. Reversale privilegii, datum domino per capitulum cum certis promissionibus a capitulo factis, privilegio annexis.

163. Quomodo dominus Coloniensis supplicavit milicie et civitatibus ecclesie Paderbornensis ad subsidium contra Sosatienses, et [de] responsionibus factis.

164. Epistola capituli missa Susatiensibus, revocatoria pristine amicicie inter ipsos contracte.

165. Litera per civitates ecclesie Paderbornensis missa Susatiensibus, premonitoria adiutorii faciendi ex denegatione iusticie.

166. Litera capituli missa civitatibus, continens, cur eorum scripta ad tempus suspenderunt, ne mitterentur.

167. Revocatio incorporationis per solum dominum sine capituli Coloniensis sigillo communita.

168. Epistola domini Coloniensis, mediante qua se infra certum terminum astringit, consensum sui capituli Coloniensis impetrare,

169. Litera domini Coloniensis, cum qua capitulo, civitatibus et militibus cavet de indemnitatem propter assistentiam sibi factam.

170. Epistola Susatiensium, narrans causas suarum dissencionum et repetens bonam confederationem et eorum exhibita.

171. Revocatio incorporacionis de consensu capituli Coloniensis facta, et sigillis domini et capituli munita et sigillata.

172. Epistola capituli missa archiepiscopo Moguntino, qua sibi notificant, quod cum domino Coloniensi amicabiliter sint compositi.

173. Litera archiepiscopi Moguntini, in qua desiderat, sibi copias compositionis et revocationis incorporationis destinari.

174. Epistola capituli, missa archiepiscopo Moguntino, qua asserunt, se velle circa ecclesiam Moguntinam remanere.

175. Commissio officiali(s) sub titulo administrationis per dominum Coloniensem facta et directa.

176. Commissio vicariatus in pontificalibus per dominum Coloniensem ut ecclesie Paderbornensis administratorem facta.

177. De diversis huius libri materiis et effectibus anno isto compositionis commissis, et ordinatione sane divinitus inspirante.

178. De personis prebendatis ecclesie Paderbornensis, eorum nominibus et qualitatibus, qui tempore huiusmodi compositionis superstiterant.

179. De dicti libri dissencionum finali conclusione et progeniebus totaliter morte extinctis in ecclesia Paderbornensi.